

## Besondere Prüfung 2008 - Latein als erste Fremdsprache

Freitag, 12. September 2008

Arbeitszeit: 120 Minuten

### Freiheit für das römische Volk!

*Nach Caesars Ermordung ist in Rom ein Machtkampf um seine Nachfolge im Gange. Cicero sieht die Freiheit des Staates durch Antonius in höchstem Maße gefährdet. Deshalb ruft er in insgesamt 14 Reden vor dem Senat und dem Volk offen zum Kampf gegen ihn auf. In der dritten dieser Reden äußert er sich folgendermaßen:*

1 Hanc igitur occasionem<sup>1</sup> oblatam tenete, per deos immortales, patres conscripti<sup>2</sup>!  
2 Signum date populo Romano consilium vestrum non deesse rei publicae! Nihil  
3 est, quod moneam vos. Nam novistis insolentiam<sup>3</sup> Antonii, novistis amicos,  
4 novistis totam familiam. Quibus servire, ea summa miseria est summo  
5 dedecore coniuncta. Quodsi iam - quod dei avertant - fatum extremum<sup>4</sup>  
6 rei publicae venit, cum dignitate potius cadamus quam cum ignominia serviamus.  
7 Nihil est detestabilius<sup>5</sup>, nihil turpius servitute. Ad decus et ad libertatem nati  
8 sumus; aut haec teneamus aut cum dignitate moriamur!  
9 Nimum diu teximus, quid sentiremus; nunc iam apertum est; omnes patefaciunt,  
10 quid sentiant, quid velint. Sunt impii cives, sed contra multitudinem bene  
11 sentientium<sup>6</sup> admodum pauci; dei immortales rei publicae incredibilem  
12 potestatem eorum hominum opprimendorum dederunt. Ad ea enim praesidia, quae  
13 habemus, iam accedent consules summa prudentia, virtute, concordia.  
14 His ducibus, deis iuvantibus, nobis vigilantibus erimus profecto liberi brevi  
15 tempore. Recordatio<sup>7</sup> autem servitutis iucundiolem faciet libertatem.

[145 lat. Wörter ]

1 occasio: eine Anspielung auf das Einschreiten des jungen Oktavian gegen Antonius

2 patres conscripti: Senatoren

3 insolentia,-ae: Unverschämtheit

4 fatum extremum: die letzte Stunde

5 detestabilis,-e: abscheulich

6 bene sentire: wohlgesinnt sein

7 recordatio, -onis: Erinnerung